



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 19. Cæsaris Rasponi Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

nue propugnavit, ac demum in rei bene Sæc. XVII.
gestæ præmium Romana Purpura de- A.C. 1675.
coratus, atque Ecclesiæ Viterbiensi
Episcopus designatus, in decem Con-
gregationibus Romanis indefessam Sedi
Apostolicæ operam dicavit: Ipsus quo-
que suam Diæcesin lustravit, ac Semi-
nario, quod Alexander Cæsarinus Car-
dinalis inchoaverat, penitus absoluto
synodum habuit: Interfuit comitiis Cle-
mentis X. a pluribus Cardinalibus ad
Pontificiam Thiam expetitus, a qua
tamen per Hispanos exclusus fuit: Erat
eximius Literatorum fautor, ipseque
varia edidit opuscula, atque inter alia
opusculum de consecratione Altarium
& de Privilegiis Cardinalium, necnon
tractatum de Chocolatæ usu, ubi mo-
derato hoc potu jejunium non dissolvi,
solide comprobabat: Obiit tandem an-
nos natus octoginta tres,

§. XIX.

Cæsaris Rasponi Cardinalis extrema.

Non sine maximo animi sui dolore Cle- *Palat. fast.*
mens X. Papa mortem percepit *Card. t. 9.*
Cæsaris Rasponi ad præstanda Eccle- *Retz. mem.*
siæ obsequia nati. Hic decurso studio- *t. 3. p. 369.*
rum stadio Abbas & Canonicus Late-
ranensis ab Urbano VIII. & ab Inno-
centio X. & Alexandro VII. pluribus

Sæc. XVII. Patrum Purpuratorum cætibus adscri-
A. C. 1675 ptus, ad magis ardua Ecclesiæ nego-
 tia præcipue circa Avenionenses semper
 non pœnitendo selectu admovebatur:
 Selecta quoque erat hujus Viri industria,
 dum ob injuriam Crequio Duci irroga-
 tam Ludovicus XIV. graviter offensus
 fuerat, quem tamen Rasponus Alexan-
 dro Pontifici omnium applausu recon-
 ciliabat, feliciterque dissidium diu fru-
 stra Pisis agitatum propter Castrensem
 Ducatum componebat. vulgo ob astu-
 tiam suam *Vulpes* ab æmulis vocatus,
 quibus tamen cum D. Paulo respondit,
cum essem astutus, dolo vos cepi. Obiit
 Romæ die vigesima prima Novembris
 anno ætatis suæ sexagesimo. Posteris
 reliquit Historiam Basilicæ Lateranen-
 sis, & literas ad Abbatem Justinianum,
 discussa quæstione, an liceat propria
 vel majorum gesta describere?

§. XX.

*Caroli II. novi Hispaniarum Regis
 fata.*

*Theatr. Eu-
 rop. tom. II.* Hoc anno juvenis Princeps Carolus II.
 cum decimum quartum ætatis suæ
 annum ingrederetur, Hispanici Regni
 sceptrum ipse moderari cæperat, pri-
 ma autem Regiminis auspicia ferme
 ubique infausta, & raro prospera ha-
 bebat;